



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 61. Quæstio de Christi sanguine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Ufus sacrae communionis sub utra-^{sæcul. XIV.}
 que specie communis fuerat usque ad i-^{A. C. 1351.}
 nitium sæculi XII, & amplius. At se-^{Mabil. Mas,}
 quente seculo Ecclesiae Latinæ mos erat ^{Ital. to. 3.}
 prope universalis, ut illam sub panis specie ^{. 51.}
 solum acciperent laici; ut diserte dicit ^{Id. Acta S. S.}
 Alexander Alensis: nec tamen videmus ^{ser. 3. p. 6.}
 sanctionem aut legem aliquam hujus mu- ^{præf. n. 75.}
 tationis, quæ sensim introducta fuit.

§. LXI.

Quæstio de Christi sanguine.

Hoc anno inter Fratres Minores ac Do-
 minicanos mota est quæstio de san-
 guine Christi. Anniversaria orbis redem-^{Vad. n. 13.}
 pti die 15 Apr. Franciscus Bailius Fra-
 trum Minorum Barcinonensium Præses
 publice in templo sui cœnobii e suggestu
 dixit Christi sanguinem in cruciatibus ef-
 fusum fuisse separatum a divinitate, ideo-
 que cultu patriæ non adorandum in tri-
 duo mortis. Nicolaus Roselius Domini-^{Vid. Bal. vit.}
 canus tum per Arragoniam Inquisitor id ^{to. 1. p. 906.}
 perscripsit ad Joannem Molinium antea
 Magistrum Ordinis Generalem, tum Car-
 dinalem de S. Sabina: qui Papæ rem
 indicavit. Is post solemnem conventum ^{Emer. di-}
 Inquisitori per patentès litteras præcepit, ^{rect. p. 262.}
 ut hoc dogma tanquam falsum ac hære-
 sine

Sæcul. XIV. A.C. 1351. sim olens damnaret solemniter, ac recan-
 tandum publice curaret: quod factum
 est in cathedrali templo Barcinonensi.
 SS. Petrus ac Joannes, cum irent ad se-
 pulchrum Domini, agitare quæstionem
 hanc potuissent, ni fuissent occupati co-
 gitationibus magis seriis: sed post Chri-
 sti reditum ad vitam nihil illam prodesse
 puto, nisi agatur de quibusdam reliquiis
 existimatis, quales Henricus III
 Anglorum Rex accepit
 anno 1247.

Sup. l. 72.
 §. 66.

FINIS TOMI XXIII.



INDEX